



**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Quibus mediis à Deo adhibitis, homines se disponunt ad acquirenda Dei dona, & per supradicta media ac dispositiones se dignos reddunt, quibus Deus, earum intuitu largiatur passionu[m] dominium, vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

Tertius modus quo quandoque solet Deus, passionum dominium, & non minus difficilis ac raras tribuere virtutes, est aliquis actus valde rarus, valde heroicus, & spectata siue ætatis, siue temporis, siue aliarum circumstantiarum conditione, valde difficilis, ab aliquo paratus; per auxilium speciale efficacis gratiæ Diuinæ. Tali enim actu mouetur Deus quandoque iuxta diuinum beneplacitum suum, nullâ lege coactus, ad remunerandum, etiam in hac vitâ, tam heroicum facinus, concessione talis alicuius doni, quali suos Heroes exornare; suamque Ecclesiâ illustrare solet. Et hac ratione, vt ait S. Cælestinus Papa, & ex eo Concilium Tridentinum, nostra vult esse merita, que sunt ipsius dona, & sua dona in nobis coronat. Bona enim, inquit S. Bernardus, non magis propter eum constat fieri, sed per eum. Deus enim est, qui operatur in vobis, & velle & perficere, pro bonâ voluntate. Ipse ergo auctor, ipse remunerator operis, ipse remuneratio tota. Hoc modo S. Thomæ Aquinati tribuit eximium Angelicæ castitatis donum in flore eius adolescentiæ, postquam beatus iuuenis mulierem, ad labefactandam eius constantiam introductam, arrepto titione fugauit. Sic S. Ioannem Gualberrû, ob condonatum generoso ac prompto animo grauissimam injuriam cuiusdam, euexit repente ad eximiam sanctitatem. Et hac ratione etiam Sancto Fundatori ac Parenti nostro, primo cõuersionis anno, largitus est & donum perfectissimæ castitatis, & plenissimam victoriâ omnium vanitatis, & gloriæ inanitis, & donum altissimæ contemplationis; ac perfectum dominium suarum passionum. Quia cooperando strenuè diuinæ gratiæ, & incredibili seruiore exequendo eâ omnia, quæ Deo placitura credebat, vim sibi statim summam intulit; seque ac terrena omnia perfectè, ipso vitæ suæ melioris initio, contempsit. Non est enim, inquit S. Ambrosius, seruis ad remunerandum Dominus; & citò promittit, & multa largitur; ne infirmos animos per dilationem aliquam, subeat penitentia, contempsisse presentia; & velut quadam vsuraria largitate compensat, vt vberiora restituat ei, qui captus non fuerat oblatione presentium. Quod si, vt ait S. Chrysostomus, omnia facit, & satagit, vt ex minimis nos coronet; Et vbi alibi dicit: In more habet dare magna pro paruis; quanto magis heroica facinorâ, raris & admirandis virtutum eximiarum stipendiis ac donis, compensat, solitus, vt idem S. testatur, datis suis etiam petitiones nostras multo excessu superare. Quod expeririunt, qui ei fideliter diu seruiunt, recipientes diuinitus tam rara dona cœlestia, quæ ne quidem vaquam ausi fuissent petere.

I 40.
epist. ad
Gallos.
cap. 12.
Sec. 6. c.
16.
S. 9. in Pf.
90.
Philip. 2.

Vitæ cõ-
rum.

I 41.
l. 1. de A-
brah. c. 3.

I 42.
h. 3. ad
pop.
h. 42. in
Gencl.

I 43.
h. 28. ad
pop.

CARVM DECIMVM SEXTVM.
Quibus mediis à Deo adhibitis homines se disponunt ad acquirenda Dei dona, & per supra dicta media ac dispositiones, se dignos reddunt, quibus Deus earum intuitu, largiatur passionum dominium, vel alias valde raras, & eximias virtutes; & vt acquisito domino, & virtutibus aliis bene illis vrantur, tam in oblatis vltro occasionebus, quam in quaestris ab iis.

Respondeo duplicia media Dominum Deum nostrum adhibere ad supradicta; alia interna sunt, alia externa. Media interna sunt triplex: Primum, sunt habitus virtutum, tum Theologicarum; tum moralium, per quarum actus ipsi habitus augentur. Secundo sunt septem dona Spiritus sancti, omnibus iustis communia, quæ faciunt, vt iusti promptè Spiritus sancti instinctibus obediant, & actus virtutum eliciant. Tertio sunt auxilia transeuntia, non semper in homine permanentia, quæ consistunt in triplici motione gratiæ eius efficacis, quam post S. Augustinum idem docentem, sic piè, & pulchrè declarat S. Bernardus: Deus tria hac, hoc est; bonum cogitare, velle, & perficere, operatur in nobis. Primum sine nobis; secundum nobiscum; tertium; per nos facit. Siquidem immittendo bonam cogitationem nos prauent; (& hac cogitatio à Deo immilla, ante nostrum liberum consensum, à Theologis appellatur gratia praueniens, & excitans) immutando voluntatem, (hac cogitatione illustratam, quæ cognouit viuo quodam modo id, quod vel vitare, vel facere debet) sibi per consensum iungit. Ministrando & consensui voluntatem, vel facultatem foris per apertum opus nostrum internus arifex (per has internas nostri intellectus, & voluntatis, & potentiarum exequutuarum, motiones, scilicet gratiam proueniens nos excitantem, & adiuantem, seu comitantem) noster immorescit. Et intra: Cum ergo hac inuisibiliter intra nos, ac nobiscum actiui sentimus soli gratia atributionis. Ipsa liberum excitat arbitrium, cum seminat cogitatum (scilicet piam illam cogitationem, cui nos facit assentiri, & per quam deinde mouetur voluntas, vt velit bonum aliquod eligere, vel malum fugere) sanat, cum mutat affectum (illum auertendo à malo, quod amabat, vel conuertendo ad desiderandum bonum, & exequendum, quod non amabat) roborat, cum perducit ad actum. (scilicet ad executionem boni operis; pro quâ immiserat bonam cogitationem, & inclinauerat voluntatem Nemo enim quidquam facit, ad quod faciendum non præcesserit voluntas, id faciendi, seu exequendi, quod sibi per cogitationem fue-

144.

Aug. l. de
gratiâ
Christi
cap. 14.
Ber. l. de
grat. &
lib. arb.

145.
l. 1. de re-
lin. det.
ment.

146.

147.
Eph. 6.
1. Cor. 1.
1. Cor. 1.
1. Cor. 1.
1. Cor. 1.

rat propositum, tanquam per quamdam inter-
nam vocem diuinam, & suasionem gratiæ effi-
caciis.

Et infra: Deus ista cum libero arbitrio operatur, ut
tantum in primo illud præueniat, in ceteris comitetur:
ad hoc utique præueniens, ut iam sibi deinceps coope-
rentur. (scilicet exequutio voluntati: voluntas,
piæ illi suasioni per cogitationem diuinitus im-
missam, mouenti voluntatem, ut velit exequi
id, quod ei Deus dicit exequendum voce illa
piæ cogitationis.) Explicans autem, quomodo
intellectus, & voluntas nostrâ, à gratiâ efficaci
mota operatur, addit: Ita tamen, quod id, quod à
sola gratiâ (scilicet præueniente liberum homi-
nis consentium, seu excitante) ceptum est (sine no-
bis adhuc liberè cooperantibus) pariter ab vtra-
que perficitur. ut mixtus, non sigillatim, simul, non vi-
cissim (id est non per vices, & quasi successiue)
per singulos profectus (id est actus à gratiâ in-
nobis causatos) operentur. Nam partim gratia, par-
tim liberum arbitrium, sed totum singula (id est, tam
gratia, quam liberum arbitrium) opere indiuiduo
peragunt. Totum quidem hoc, (scilicet liberum ar-
bitrium) & totum illa: (scilicet gratia) sed ut totum
in illo, (exequente id quod inspirauit, & causauit
prior gratiâ) sic totum ex illâ, scilicet gratiâ, quæ
induxit hominem ad interna, & externa opera,
à libero arbitrio faciendâ, & perficiendâ.

Hinc agnoscent, quantum fat est, Tirones in
Theologicis studiis non versati; quomodo
Deus nos faciat per internas suæ gratiæ motio-
nes, ob Christi Domini merita, nobis immixtas,
execere actus virtutum meritorios, gratiæ, &
gloriæ, & quorum intuitu concedit suis dilectis
dona virtutum valde excellentia, per quæ suam
imaginem, ad quam nos creauit, valde illustrat,
& ornat, sibi que reddit simillimos. Deus, inquit
S. Leo, ad imaginem suam nos reparat; & ut in nobis
formam (scilicet similitudinem) suæ bonitatis (hoc
est, sanctimoniam) inueniat, dat, vnde ipsi quoque,
quod operatur; operemur. At quomodo id facit?
Respondet: Accendens scilicet mentium nostrarum
lucernas (per piarum cogitationum à se immis-
sarum suasiones) & igne nos suæ charitatis inflam-
mans; (accendendo nimirum voluntatem nostrâ,
ad consentum, & exequutionem rei, per piam
cogitationem; à Deo per illam quasi loquente
proposita) ut non solum ipsum, (scilicet Deum) sed
etiam quicquid diligit, diligamus: hoc est, vitemus
& fugiamus peccata, & imperfectiones, & fa-
ciamus bona: quia Deus diligit, fugam malo-
rum, & amorem ac executionem bonorum: quia
Spiritus sanctus nos præmonuit; ut declinemus à
malo, & faciamus bonum: & ut amulemur charisima
et meliora: & ut simus imitatores Christi, & Dei.
Quoniam verò nil homo exequitur, nisi præ-
cedat voluntas exequendi, & nil est volitum, ut
loquuntur Philosophi, quod non est præcogni-
tum, quia (ut ait S. Augustinus) Inuisa diligi pos-
sunt, incognita nequaquam. Et, ut dicit S. Gregorius

Nemo potest diligere, quod prorsus ignorat; quamquam
potest aliquid perfecte amari, quod non perfecte cognos-
ciur, ut dicit S. Thomas (nimirum quia charitas
perfectior fide; magis eleuat voluntatem, cui
inhæret, quam fides, & donum sapientiæ in-
tellectum, cui inest. Ideo Deus volens aliquos
euehere ad magnam perfectionem, & acquisi-
tionem eximiorum donorum, per cooperatio-
nem ad illa, valde illustrat intellectum per piæ
cogitationes à se immixtas, cum ordinariis mo-
dis per considerationes ac meditationes piæ
bene à nobis peractas, tum extraordinariis il-
lustrationibus, per quas voluntatem nostram ex
se cæcâ, & inflammât ad exercitium virtutum
internarum, & externarum: voluntas verò illu-
minata, utitur passionibus ad exercitium virtu-
tum. Sicut enim in nobis gemini motus, inquit S.
Ambrosius, alteri cogitationum, alteri appetitus, non
confusi, sed distincti & disparès. Cogitationes verum ex-
quirere, & quasi emolere materiam habent, appetitus ad
aliquid impellit legendum, atque excitat. Ad virtum-
que autem necessaria est gratia Dei, ad bonum
nos excitans, & in eo iuuans.

Ideo S. Macarius gratiam Dei comparat bo-
nim illuminanti, & igni calefacienti, atque, semper
esse eam splendens & ardentem. Hinc S. Augusti-
nus dixit: Cum à Deo illius adiutorium deprecamur
ad faciendam perficiendamque iustitiam, quid aliud
deprecamur, quam ut aperiat, quod latebat (intelle-
ctum illustrando) & suauè faciat (voluntati) quod
non delectabat. Exequitur enim voluntas, quæ ei
sunt suauia, et si sint difficilia. Habet enim, ut ait
S. Leo, spirituale, quo manatur Dei auxilium; quia
sicut illi namquam deest, vnde corrumpat, ita semper præ-
stât, vnde subsistat. Palcherimus hoc, & præcise
explicat B. Laurentius Iustinianus: Rationali na-
tura vis ab incarnatâ sapientiâ eruditur in omni re-
gulâ veritatis; ex ipsius magisterio de morum probita-
te, de iudicio aequitatis, de gubernatione rei familiaris,
de cognitione sui, de scientiâ naturalium, de spiritualium
discretionem, de contemplatione celestium, de illumina-
tione diuinitatis habet notitiam. Ipsa siquidem verbis
instrumentum est, exemplum est, sedes, & exemplar. Ipse
est gubernaculum actionum, index verum, & pedisse-
qua sapientiæ scilicet diuina. Rationalis verò vis ver-
bi illustrata splendore solum Deum diligendum, qua-
rendum, & possidendum esse ratiocinando concludit, &
concupiscentiæ (id est voluntati) proponit. Vbi ratio
non peruertitur, & voluntas non repugnat, ibi natura-
lis decor elucet, & Deus purè diligitur charitate. Si duo
hi consenserunt in spiritus vnitatem, quicquid perierim,
fuit illis à Patre. Altero ipsorum à suo naturali tra-
mite deuiant; non potest haberi pax. Vbi hæc conue-
niunt, ibi nil difficile. Concupiscentia autem in amore
mox summi boni accensa, quâ valet virtute nititur ed
frui. Hinc exestuans vis nascitur amoris. Quo namque
plus diligit, & diligendi ardor magis accenditur. Sicque
de ipso nutritur amor, dum amor amorem acuit, amore
pascitur, amando crescit, & perficitur. Vt verò totus eide
inhæreat, cum viciis luctam aggreditur. Quamobrem
C c 4 nasci-

147.
1. de
1. de
1. de

1. Cor. 11.
1. Cor. 11.
1. Cor. 11.

1. Cor. 11.
1. Cor. 11.
1. Cor. 11.

S. Th. 1. 2.
q. 3. a. 4. ad
4. & q. 27.
a. 2. & 4.
ad 1.
Aug. 1. 10.
Trin. c. 1.
Gr. h. 36.
in Euang.
1. 2. q. 27.
a. 2. ad 2.
& 2. 2. q.
27. a. 4. ad

1. 1. Offic.
cap. 21.

148.
hom. 8.

lib. 2. de
pec. mer.
& rem. c.

19.
S. 1. de ie-
iun. dec.
mens.

de casto
conn. c. 3.
col. 5.

Matth. 18.

irascibilem vim animae in suum excitat adiutorium, tanquam sibi natura vinculo copulatam. Hac de sua ingenitâ dignitate nescit vitii cedere; nullius patitur habere dominium, soli Deo se subicit, carnis insolentiam, & sensualitatis (in quâ sunt omnes passionnes) petulantiam sub rationis redigit imperium, virtutes naturaliter (sed ad intra à gratiâ naturam eleuante) appetit. Iste nempe funiculus triplex est, qui difficile rumpitur, si in suâ naturali maneat dignitate. Non aduersis frangitur, non tormentis flectitur, non minus vincitur, non blanditijs seducitur, non corrumpitur, promissis, non ipsa omnium terribilissimâ morte superatur. Et cap. 14. col. 3. Lux est & Amor, Verbum: Lux, vt rationem informet, Amor, vt affectum excitet: Lux, vt notitiam præbeat veritatis, Amor, vt charitatis infundat gustum.

His ergo modis internis Deus, seruos excitat, & adiuuat, vt eliciant actus heroicis, & per illos, tanquam per effectus suae diuinæ, & supernaturalis gratiæ, frequentatos, ad maiora Dei dona capienda se disponant, & tandem illa, tunc, quando ei placet, assequantur, siue post vnum aliquem actum heroicum, siue post multos, iuxta mensuram fauoris, quo aliquem profecquitur ex mero beneplacito, Diuinæ suae voluntatis.

Alia media, quæ Deus adhibet exterius ad supradicta, sunt multiplex extrinseca protectio, & custodia sibi charorum, orta ex beneuolâ Dei erga illos providentiâ, per quam ita eos dirigit, ne illis occurrant obiecta tentationum, excitantia motus inordinatos passionum, & dum occurrunt sensibus, vel imaginationi, denegat suum concursum ad actiones inordinatas, sine quo Dei concursu, nil possunt creaturæ nobis contrariæ nocere: eo ferè modo, quo Sanctis illis pæris ignis Babylonicus nil nocuit, quia Deus non concurrerat cum igne ad calefaciendam, & postea comburenda eorum corpora: quomodo & S. Catharinæ Senensi, aliquot horis iacenti supra carbones ardentes, & S. Franciscus Paulano, ignis cementariae fornacis, quam intrauerat, nihil nocuit. Et hoc modo quoque (præter plenitudinem virtutum eximiarum), graues Theologi docent, Suarez, & Valentia, adiutam fuisse B. Virginem, ne vnquam peccaret, ob defectum occasionum allicientium ad peccatum, & custodiam eius in illis, sed frequentius, & efficacius id præstat Deus sibi charis, impediendo (etsi obiecta apta occurrant incitatiua ad peccatum) imaginationes, & cogitationes peccatorum, sine quibus nunquam possunt obiecta mala nocere, & incitare hominem ad offensam Dei.

CAPVT. DECIMUM SEPTIMUM.

Quæ mediâ ex parte nostrâ conducunt, vt citò acquiramus dominium passionum, & Virtutes in gradu valde alto?

Respondeo, etsi in modis & in medijs, quibus virtus diuina Maiestas, ad dona eius eximia acquirenda, includantur ea quæ ex parte nostrâ requiruntur; tamen ad clariorem huius rei notitiam tironibus vitæ spiritualis tradendam, commemorabo aliqua particularia media, ex parte nostrâ, quibus adhibitis, valde vtiliter cooperabimur auxilijs Diuinæ gratiæ, hoc ipsum nobis conferentibus.

Imprimis, cum per actus virtutum augeantur habitus, etiam per remissos, vt docent, Soto, Henricus, Durandus, Maior, Palatinus, Richardus, Gabriel, Valentia, Suarez, Vasquez, Tanner, multò autem magis, si sine actus valde intensis, & cum inter effectus virtutum moralium sit vnus, persistere nos ad prosequendum debito modo inclinationes naturales, & transire, ac domare passionnes, easque moderari, & recte rationi subdere, vt cum S. Thoma omnes Theologi docent constanter, ideo suavis operandi modus Diuinæ prouidentiae, concedit ordinariè dominium passionum illis seruis suis, qui cum sint valde in obsequio diuino feruentes, & sine vllâ tepiditate Deo seruiant, eliciunt etiam actus omnes virtutum valde intensos, ideoque citò acquirunt valde intensos habitus virtutum, ac proinde citò suo subdunt dominio rebelles passionnes.

Hoc modo peruenisse S. Ioannem Climacum ad passionum dominium, scribit Daniel monachus in eius vitâ: Quadraginta, inquit, annos, summa animi magnanimitate, & alacritate transegit ardentissimo amore, ac Diuinae Charitatis igne semper astuans & c. sollicitudine, & raro hominum congressu luxuriam adeò extinxit, vt omnino obstruere fedaretur, nullasque molestias irrogaret. Cupiditatem verd (quam idolorum venerationem, Apostolus esse definiuit) misericordiâ Dei, rerumque exiguitate fortissime superauit. Acediam verd, animique desidiam, mortis memoriâ, inique pietatis exercitatione deuittauit. Cumque nullius mortali rei affectione teneretur, aeternumque solium sensu pascetur, noxia tristitia liber euasit. Iracundia verd tyrannidem in se ipso per obedientie gladium occiderat. Raro præterea congressu corporis, rariorque vsu sermonis, inanis glorie sanguisugam mortificauit. Quocirca, expertus in se S. Ioannes Climacus, sic hac de re scriptum reliquit: Qui fortiter pugnant, tranquillitatem etiam & pacis coronam donandi sunt. Tranquillitas autem est immediatus effectus dominij passionum. Et subdit: Initium quietis est, strepitus omnes, vt qui sum dum anime perturbant, amouere: finis verd, tumultus non metuere, sed inter eos sine vllò eorum sensu durare.

Hoc